

Sed contrariam opinionem, imò quòd clerici beneficiati, sive habeant administrationem, sive non, sint domini fructuum beneficiorum suorum, et in vita possint de eis disponere, tenet Glos. in dicto cap. *duo sunt*, 12. quæst. 1. Cardinalis Florentinus in dicto cap. fin. *de peculio clericorum*, qui latius in hoc loquitur, vult enim, quòd efficiantur domini illorum, ita quòd possint alteri eos donare, et etiam in magna quantitate; et quòd si fecerint, non revocetur postea donatio: bene tamen fatetur, quòd si malè de fructibus dispensent, poterint puniri, ut in cap. *Episcopus ecclesiasticarum*, 12. quæst. 1. ita quòd quandoque possunt ab Ecclesia removeri, cap. 2. *de peculio clericorum*. Joan. de Imola et in dicto cap. fin. *de peculio clericorum*, licet fateatur de jure veriorè opinionem Innoc. in dicto cap. *indecorum*, et sic primam opinionem, de qua supra, innixus tamèn consuetudini tenet, quòd clerici simpliciter beneficiati fructus suos, et possint donare eos; et sic tenet opinionem Hostiens. et Glos. in dicto cap. *præsentis*. Præpos. etiam Alexand. latè discutit istam questionem in summa, 44. dist. ubi distinguens tempora et varios status, quos habuit Ecclesia, à quato tempore in quo nunc est, in quo refrigerata charitate fidelium, qui ita de facili propriis non renuntiabant, neque clericatum appetebant, pauperes esse non volentes; unde constitutum fuit per Pontifices, quòd variæ essent administrationes et tituli in Ecclesia Dei, et aliqui essent regulares, aliqui clerici sæculares habentes beneficia; exinde usus majorum cum approbatione Pontificum creavit beneficia ecclesiastica diversi generis, dignitates diversas, rectorias Ecclesiarum parochialium, personatus, Canonicatus, et præbendas, et beneficia, de quibus habetur in cap. *de multa*, et per totum titulum, *de præbendis*, et 22. dist. per totum, et in cap. 1. *de consuetud.* lib. 6. et istis, sicut datus fuit proprius titulus administrationis, ita et datus fuit quidam modus capiendi fructus, et quoddam jus: ita quòd ex toto non sint domini rerum Ecclesiæ, neque simplices usuarii, sed aliquid plus habeant; neque ex toto usufructuarii, quia non habent liberam facultatem, sicut usufructuarii meri, sed sunt usufructuarii qualificati, id est, ita quòd admonentur, ut et iis fructibus capiant necessaria pro se et suis, ut in dicta summa, et in cap. *omnino*, 51. dist. et cap. *student*, 50. dist. et ista l. Partitarum, et quòd superest, dent pauperibus: et sic dicit, quòd isto quarto tempore, laxata magis fuerunt habentibus, non tamèn ex toto recessum fuit à primitivis fundamentis charitatis, ut de bonis Ecclesiæ clerici non teneantur honestè vivere, et illis bene uti, illa que bene dispensare in usus Ecclesiæ et pauperum, et in usus suos; non tamen ita strictè, quin faciant fructus suos, et si in malos usus expenderit, peccant mortaliter, non tamen tenebuntur ad restitutionem fructuum malè consumptorum; et ideò secundum eum textus in dicto cap. *Ediscopum ecclesiasticarum*, 12. quæst. 1. bene mandat eos puniri, qui de fructibus Ecclesiæ ditant domesticos, non tamen eos arctat ad restitutionem fructuum: et ideò etiam textus in cap. 1. 12. quæst. 5. dicit tamquam invasorem teneri Prælatum talem, et ideò utitur nota improprietatis, quasi non sit verus invasor, ex quo titulum habet: et tandem Præpos. respondet ad jura in contrarium adducta, quòd vel loquantur de tempore primitivæ Ecclesiæ, vel de Ecclesiis regularibus, vel quòd sit illud consilii, non præcepti; et cum ista sint juris positivi, dicit non esse dubium, quin per Canones succedentes possint mutari et relaxari, et etiam per consuetudinem, quam Papa scit et toleram, alterari et modificari: et quòd consuetudo in istis valeat, dicit esse communem conclusionem in dicto cap. præsentis. Imol. et Cardinalis in dicto cap. fin. *de peculio clericorum*.

Concludit ergo Præpos. esse distinguendum, quòd aut loquimur de clericis sæcularibus, habentibus administrationes, quæ non sunt propriè beneficia, veluti hospitalarii, et tunc tales non faciunt fructus suos, ut in *Clemente*, quia contigit, *de relig. dom.* quia fructus specialiter sunt ad hospitalitatem deputati, et ideò si eis abutuntur, tenebuntur ad restitutionem, secundum Sanctum Thomam, *quodlibet* 6. art. 2. Cardinal. à Turrecremata in summa, 44. dist. Imol. in dicto cap. fin. *de peculio clericorum*. Aut loquimur de Episcopis, et tunc cum de redditibus Ecclesiarum debeant fieri quatuor partes (prout dictum est superius) si parte pauperum abutuntur, peccant mortaliter, et tenentur ad restitutionem; quia aliena rapiunt; et isto modo possunt intelligi multa, quæ fuerunt allegata pro prima parte: in aliis verò redditibus mensæ Episcopalis, quando Episcopus habet mensam distinctam, et certos redditus distinctos pro dignitate sua, tunc idem dicendum in Episcopo, quòd in aliis Prælatibus sæcularibus, quia in talibus fructibus habet Episcopus; secundum eum, liberam

administrationem, sicut et alii clerici de suis beneficiis. Aut loquimur de aliis Prælatibus, et clericis sæcularibus, et tunc, cum post quartum tempus, de quo supra, habeant dignitates, et præbendas et beneficia sua distincta, faciunt fructus suos, ut dictum est, et si abutuntur istis bonis, quæ sibi supersunt ultra usum suum, peccant mortaliter, sed tamen non tenebuntur ad restitutionem, allegat Sanct. Thom. in dicto *quodlibet* 6. art. 2. et Cardinal. de Turrecremata in dicta summa, 44. dist. et est ratio secundum eum, quia non aliena rapiunt, sed suis abutuntur. Et si dicatur, quòd debeant convertere in usus pauperum, quæ supersunt, dicit, quòd fatetur, quòd per officium iudicis ad hoc cogi possunt; non tamen ex hoc dicit se reperire, quòd pauperes sint domini illorum fructuum, neque quòd eis competat actio ad illos, sed solum competit officium iudicis, justa Glos. cap. *sicut*, 47. dist. et officium iudicis nullam præsupponit obligationem, 1. *qui per collusionem*, ff. *de action. empti*, quòd officium cessat fructibus jam consumptis; tandem dicit, hoc dubium consuetudine sic interpretari. Fatetur etiam, quòd si per talem abusum fructum Ecclesia passa esset detrimentum, tunc clericus tenetur restituere omne damnum Ecclesiæ: neque consuetudo aliqua valeret, ubi tractaretur de damno Ecclesiæ, vel etiam de diminutione cultus divini, puta, quia clericus ita dilapidaret fructus beneficii, quòd non superesset sibi ad faciendum deservire Ecclesiæ et ad satisfaciendum, prout sæpè numero accidit; nam tunc talis consuetudo non excusaret clericum, et teneretur de patrimonio facere, quòd Ecclesia haberet debitum, allegat text. et Abb. in cap. *penult. de clericis non residen.* et isto modo dici posse salvari opinionem illorum, qui dixerunt, quòd teneretur ad restitutionem; neque dispensatio, aut tollerantia Papæ hoc casu excusaret, secundum eum. Et in istam sententiam inclinat etiam Sanct. Thom. 2. 2. quæst. 183. art. 7. et Cajetan. ibidem; Adrianus in 4. *sententiarum*. cap. *incipienti*, quo clarior, 4. conclusion. Joannes Arboreus in *Theosophia*, part. 1. cap. 25. Sylvester in summa, in verbo, *restitutio*, 5. quæst. 5. et in parte, *clericus*, 4. quæst. 20. et latissimè Episcopus Abulensis, *Matth.* cap. 6. super versic. *cum ergo*, ubi concludit, quòd clericus est dominus fructuum beneficii et etiam est dispensator, et unum non derogat alteri; dicitur enim dominus in quantum fructus verè efficiuntur sui, nam non est possibile illos esse suos, quin ille sit dominus. Dicitur autem dispensator, in quantum isti fructus proveniunt clerico ab Ecclesia, quæ instituit illos principaliter ad hoc, ut clericus sustentetur de illis, quia alias nemo esset, qui ministrare vellet, nisi Ecclesia sustentationem tribueret, sicut dicitur 1. Corinth. 9. v. 13. *qui altari servit, de altari vivere debet*, et consequenter dat Deus ista bona, ut pauperes iudeantur, et Ecclesia non intendat dare clericis nisi necessaria; si autem aliqua superfuerint, vult, quòd illa expendantur in usus pauperum, ut in cap. *illi autem*, 12. quæst. 1. et cap. *res Ecclesiæ*, et cap. *nulli Episcoporum*, et cap. *si privatum*. Clerici ergo tenentur hoc expendere in pias causas, ad quas Ecclesia instituit, et si non expendant: peccant; et tamen quia clerici effecti sunt domini fructuum acquisitionum licitè de beneficiis suis; si in aliquos usus impenderit non solum honestos, verum etiam si sint usus turpes, transfertur eorum dominium, sicut si darent de bonis patrimonialibus; peccant tamen mortaliter, quia faciunt contra Ecclesiæ constitutionem et intentionem, sed quia dominium transfertur, non competit repetitio: videas ibi latius per eum, quia tantum hic pono suam resolutionem post S. Thom. quem allegat *quodlibet* 197.

Vides ergo ex varietate dictarum opinionum, quanti periculi sit, in re tam dubia fructus beneficiorum prodigaliter et luxuriosè consumere: vides et communem Doctorum concordiam, mortaliter peccare clericum, sive Prælatum, sive simplicem beneficium, ita fructus consumentem, et alienantem extra usus Ecclesiæ et pauperum: vides etiam fundamentum consuetudinis in hoc prætensum, quam fragile sit, cum sit in præjudicium Ecclesiæ et pauperum, et potius dici corruptelam et seminarium vitiorum, quam consuetudinem; consuetudo ita nociva Ecclesiæ et pauperibus parvi pendenda videtur, cap. 1. *de consuetud.* cap. *nilil, de præscript.* jura non minus favent pauperibus, quam Ecclesiis, l. fin. *C. de sacros. Eccles.* Abb. in dicto cap. *nilil*, col. penult. Vides etiam non solum clericum superfluos fructus beneficii habentem cogi posse ad conferendum illos pauperibus, non solum officio iudicis, prout Præpos. voluit. ubi supra, verum conditione, ex canone, *quam quidquid*, 16. quæst. 1. et aliis supra allegatis, et etiam lege ista, et sic iure actionis; ergo præsupponit obligationem. Item et vides negari non posse, quomodo

tales superflui fructus seu redditus beneficiorum debiti sint pauperibus; si tamen res mihi debita pervenit ad te, competit ex æquitate conditio, ex l. *si me, et Titium*, ff. *si certum petatur*. Unde licet ergo pusillus inter sententias tantorum Patrum, non debeam audere proferre meam, ne dicatur illud Senecæ in *Declamationibus*, et tradit Bald. in *tractat. schimatis*: « Quis es tu, ut de facto Patrum sententiam feras? » Consulo tamen in tali dubio, quòd certius est, et quòd consultius animæ sit, esse tenendum. Nunc temporis dies ita mali sunt, quòd non est locus dandus habenis in laxitatem; sed restringendi lascivos abusus de patrimonio crucifixi. Tu, Prælate, tu, clericæ, vide quid feceris: tu qui à talibus abusoribus recipis, vide quomodo recipias.

(7) *A los Angeles*. Vide Genesis cap. 18. et 42. dist. in summa, et cap. *quiescamus*.

(8) *Tirar*. Utilius esurienti panis tollitur, quam de cibo securus justitiam negligat, 5. quæst. 5. cap. *non omnis*: 25. quæst. 4. cap. *nihi*: et videas ad hoc quòd non est danda eleemosyna ei, qui suis manibus quærere potest, cap. 1. cum glos. 82. dist.

(9) *Para morir de hambre*. Adde cap. *pasce*, 86. dist. et glos. penult. in dicto cap. *quiescamus*, 42. dist. et in cap. *non omnis*, 5. quæst. 5. et isto casu, et ille qui est pauper (dum tamen non sit in extrema necessitate) tenetur dare eleemosynam ei, qui est tali necessitate, secundum Abulens. *Matth.* cap. 6. et dicto cap. *pasce*.

(10) *Limosnas*. Adde cap. *quoniam quidquid*, 16. quæst. 1. Et ad eleemosynam magis tenentur clerici, quam laici; quia laicus dives habens superflua ad dandum, non tenetur quærere pauperes, sed quando occurrerent ei, et petierint, si ipse iudicat eos indigere, eis dare tenetur: clericus autem non solum requisitus debet dare eleemosynam, sed et debet ipse pauperes requirere; et tenentur clerici vigilare in loco et regione, in qua vivunt, qui sunt illi, qui verè sunt pauperes; ut eis provideant de sibi superfluis, et eis qui occurrerint, tenentur benefacere, si eos iudicaverint indigere; et hoc debent habere quasi officium, ut opera pietatis indigentibus exhibeant, secundum S. Thom. in *quodlibet* 197. et Abulens. *Matth.* cap. 6. v. 2. Item, laicus licitum est habere superflua sibi et familiæ, et etiam posteris providere debent, sicut dicitur 2. *ad Corinthios*, cap. 12. v. 14. quòd patres debent thesaurizare filiis; clericus autem, cum non habeat filios, et licet habeat, sibi non possunt succedere, omnia dicuntur superflua illi, quibus ipse non indiget ad vitam, et de illis tamquam de superfluis disponere debet. Neque arbitratur omnino bonum esse Abulens. ubi supra, quòd clericus reservare velit ista superflua Ecclesiæ, unde habuit, sed pauperibus occurrentibus subveniat: et dato, quòd etiam Ecclesia ageat, et pauperes egeant, cæteris paribus, melius est dare pauperibus, quam Ecclesiæ. Quia homo non est propter Ecclesiam, sed Ecclesia propter hominem, ut dicitur 2. *Machab.* 5. v. 19. Non tamen est intelligendum, quòd quandoque clericus possidet aliquid superfluum, sit in peccato mortali: neque etiam obligatur immediate mox ut putaverit se aliquid habere superfluum, illud dare pauperibus; quia potest differre ad alia, in quibus utilius det, cum pauperes nunquam deficient, secundum Sanctum Thom. et Abulens. ubi supra. Si tamen clericus aliquando habeat superflua, et sciat se illa habere, et non habet intentionem dandi ista pauperibus tunc, neque postea, sed possidendi ut dives sit, etiamsi non intendat aliquid malum facere cum divitiis, neque dispensare eas inhonestè, videtur peccare mortaliter, ut probat Abulens. ibid. Poterit etiam Prælatum, seu Clericum eleemosynam et donationem facere cognatis suis, etiam de fructibus beneficii, non ut eos ditet, sed ut competenter subveniat, ut probatur in cap. *est probanda*, 86. dist. et si illi sunt pauperes, laudabilius est dare eis, quam cæteris; non tamen potest eis licitè dare quantumcumque voluerit, sed solum ad sublevandum eorum inopiam, ut habeant aliquam sustentationem, non ad ditandum eos: et si dat cognatis suis de bonis Ecclesiæ ultra sustentationem necessariam, et contentem eis secundum conditionem status antiqui, malè administrat, quia dat sine necessitate, et ideò peccat; non enim potest dare clericus cognatis, nisi ut pauperibus, cap. *quisquis*, 12. quæst. 2. et dict. cap. *est probanda*. Poterit ergo Episcopus donare cognatis de fructibus Prælatuæ ad sustentationem moderatam, ne cogantur mendicare; et iudicabitur donatio moderata, non secundum statum clericus, quia fortè est Episcopus, sed secundum naturam status pristini cognatorum suorum, cum eleemosyna respiciat indigentiam, non sublevationem status. Poterit etiam maritare, et dotare cognatas ad matrimonia contrahenda moderatè, non ut cognatis Episcopi, sed ut

pauperibus ad vivendum honestè: et non est inconveniens, quòd aliquid plus det talibus cognatis ad matrimonium, quam daret talicasu extraneis, dum tamen non sit talis excessus notabilis; quoniam magis ac rectius tenetur quis regulariter benefacere cognatis suis in paupertate constitutis, quam aliis: et ideò de talibus bonis ab Ecclesia acquisitis abundantiorè eleemosynam dare potest cognatis suis, quam aliis; caveat tamen valde, ne affectio suadeat iudicare, quòd paucum dat, cum multum dederit; quia causa dandi eleemosynam, non debet esse gratia, id est, affectio, sed natura, id est, inopia ad sustentationem naturæ, ut in dicto cap. *est probanda*; et tradit Abulens. ubi supra, quem si velis, poteris videre latius in istis loquentem.

LEY XLI.—Como deuen los Perlados predicar, e mostrar la Fe.

Mostradores, e predicadores de la Fe de nuestro Señor Jesu Christo, deuen ser los Perlados mayores, pues que tienen logar de los Apostoles. E el enseñamiento e la predicacion dellos ha de ser en dos maneras. La vna de palabra, e la otra de fecho: que assi cuenta la Escripura que fizo nuestro Señor Jesu Christo; comenzo primeramente fazer, e despues enseñar. E acuerda con esto lo que dixo Sant Jeronimo (1): que con el ladrado de los canes, e con el palo del Pastor, se deuen espantar los lobos. E por el ladrado, se entiende la predicacion que mete miedo por palabra: e por el palo, el castigo que se faze por obra de bien, que fazen en si mismos, e muestran a los otros que lo fagan. Pero el castigar de fecho, ha menester que se faga mesuradamente, e con grand cordura, e con amor, e non con mal querencia; de guisa que entiendan los omes, que mas lo fazen por amor de Dios, e por castigarlos, que vengan al bien, que non por fazerles mal: e non deuen aborrescer los omes por los yerros que fazen para fazerles daño por ello, mas por sacarlos dende quanto mas pudieren. Ca la verdadera justicia (2) con duelo se deue facer, e con derecha razon, assi como la mltrososa se face erudidamente, e sin derecho.

LEY XLI.—Decet Prælatum esse Doctorem, seu docentem verbo et exemplo, castiget subditos benignè, discretè et cum Dei amore, non odii zelo. Verà namque justitia compassionem habet, falsa verò indignationem. Hoc dicit.

(1) *Dizo Sant Hieronymo*. Vide 45. dist. in summa.

(2) *La verdadera justicia*. Adde cap. *vera*, 43. dist. cum cap. *sequenti*, et 86. dist. cap. 2.

LEY XLII.—Que cosas deue auer el Perlado en si, para predicar bien la Fe, e mostrarla.

Sermonar deue el Perlado a los de su Obispado, tambien a los Clerigos, como a los legos. E esta es la segunda manera de enseñamiento, que dize en la ley ante desta, que les deuen fazer por palabra. E la predicacion ha de ser de vna destas cosas, o de les mostrar, como sepan (1) la creencia de la Fe, e como la entiendan, e como se guarden de pecar, despues que la entendieren: o como fagan penitencia de sus pecados, desde los quieren fecho. E para hacerlo bien, ha menester que aya en si tres cosas el que fiziere la predicacion. La primera, caridad, que quiere tanto dezir, como amor de Dios, mas que de otra cosa, e de si e de su Christiano. La segunda, que sea de buena vida. La tercera, que predique bien. E destas tres razones hablaron los Santos, e mostraron porque deuia assi ser. Ca de la primera



dixo Sant Pablo (2) : Si el Predicador dixere tambien su razon, que semejase a los que la oyessen, que fablaba por boca de Angel, non ouiesse en si caridad, non le ternia pro. E de la segunda dixo Sant Gregorio (3), que si el Predicador faze mala vida, porque aya de ser despreciado, que por fuerza aya de ser la predicacion despreciada por ello; ca el que predica bien, e faze mala vida, muestra carrera a Dios porque le deue dañar; e otrosi da exemplo a los que le oyeren, para pecar. E el Predicador que tal es, ponelo en semejanza de la ceniza (4) que euela la lexia, e lava las otras cosas, e ella finca suzia en si. E ponelo otrosi semejanza de la canal de piedra (5), por do pasan las aguas claras e limpias, con que riegan las tierras, e fazen a las vegadas mucho prouecho, mas non fazen pro a la piedra, nin la amollescen, mas ante finca aspera e dura, como ante era. E asemeja otrosi a la candela (6), que arde, e quema a si misma, e alumbra a los otros, e ella non recibe pro de su lumbre. E destos dixo el Apostol Sant Pedro (7), que eran tales como fuentes sin agua, e como las nieblas que bueluen los vientos, e que eran guardados para las tinieblas del infierno. Otrosi dixo Sant Gregorio (8), que los Perlados que fazen mala vida, que tantas penas merecen, quantos exemplos malos dieren a sus menores.

LEX XLII.—In tribus debet predicator populum instruere, in fidei scilicet firmitate, non peccandi providentia; poenitentiae agilitate; in se verò tria debet habere, charitatem erga Deum et proximum; bonitatem in vita, affabilitatem in verbis. Hoc dicit.

- (1) Como sepan. Episcopus debet docere populum sanetam Scripturam, non Grammaticam, vel Philosophiam, cap. cum multa, 86. dist. cap. ignorantia, 38. distinct.
- (2) Dixo Sant Pablo. 1. ad Corinth. cap. 13. v. 1. et inflamare auditores suos nequeunt verba, que frigidò corde proferuntur, neque enim res, que in se ipsa non asserit, alium accendit, Gregor. 8. Moral. cap. 30.
- (3) Dixo Sant Gregorio. Vide 3. quæst. 7. §. idem testatur, in fine.
- (4) De la ceniza. Vide 83. dist. in §. fin. et est dictum Hieronymi.
- (5) Canal de piedra. Vide 1. quæst. 1. cap. si justus fuerit: est dictum Augustini.
- (6) A la candela. Vide 13. quæst. ultim. cap. fin.
- (7) Sant Pedro. 2. Petri, cap. 2.
- (8) Dixo Sant Gregorio. Vide 11. quæst. 3. cap. precipue: in prædicatione magis est attendenda vita, quam scientia, vide Ab. in cap. offic. de elect. et predicator qui non operatur, loqui non audet, Gregor. 11. Moralium, cap. 9. et vide etiam Bernard. in sermonibus, fol. 33. column. 1. et loquendi auctoritatem perdit, quando vox opere non iuvatur, Gregor. 19. Moral. cap. 3. et notabiliter lib. 21. cap. 8.

LEX XLIII.—Que cosas ha de catar el Perlado, para predicar como deue.

Predicacion para ser bien fecha, ha menester que el que la fiziere, que cate estas quatro cosas. Tiempo, e lugar, e a quien, e como. E el tiempo deue catar, que non sermone cotidianamente, mas en sazones, contadas e guisadas. Ca si siempre llouiese (1), non lleuaria la tierra fruto, esso mismo seria de la predicacion; que si siempre predicassen, rescibirian los omes enojo de ella, e non les entraria tanto en la voluntad para fazer bien. Otrosi deuen catar el lugar donde ha de predicar; ca la predicacion deuela fazer en la Iglesia, o en otro lugar honesto (2), e a todos, e non apartadamente por las casas, porque non nazca ende sospecha de heregia

contra aquellos que los oyessen, ni contra los que predicassen. E por esso mando Moysen en la vieja Ley (3), que quando el Sacerdote entrasse en el Templo, que touiesse enderredor de su vestidura muchas campanillas que sonassen, porque lo oyesse el pueblo; ca aquello tanto quiere mostrar, como que paladinamente deue fazer su predicacion. E por esta razon dixo el Rey Salomon (4): Esparce tus aguas en las plazas (5). E con esto acuerda lo que dize (6) nuestro Señor Jesu Christo a los Judios, quando le preguntaron si era Christo, e les respondió el: Yo paladinamente fable al mundo, e non dixere nada en poridad. E aun dixo en otro lugar (7) a los Apostoles: Lo que oystes en poridad, predicarlo edes sobre los tejados. Pero non defiende Santa Iglesia, que algunos non puedan decir buenas palabras, e buenos castigos en poridad (8), e en otros logares; mas non lo deuen dezir en manera de predicacion.

LEX XLIII.—Prælati cum prædicat, quatuor attendat, tempus, locum, quibus, et qualiter. Tempus, ut temporibus oportunis, non quotidie. Locum, ut sit in Ecclesia, vel alio loco honesto; publice omnibus, et non per domos privatim. Hoc dicit.

- (1) Si siempre llouiese. Sumptum est à dictis Hostiens. in summa, de temp. ordin. versic. octava regula, et vide in cap. sit rector, 45. dist.
- (2) Lugar honesto. Vide 50. dist. cap. si quis extra.
- (3) En la vieja Ley. Vide Levitic. cap. 16. et in dicto cap. sit rector.
- (4) Dixo el Rey Salomon. Proverb. 3. v. 16.
- (5) En las Plazas. Ergo prædicari potest in plateis.
- (6) Dize. Joan. 18. v. 20.
- (7) En otro lugar. Matth. 10. v. 27.
- (8) En poridad. Vide in cap. cum ex injuncto, in princ. de hæret. et Archidia. 45. dist. in summa.

LEX XLIV.—Como los Perlados deuen catar, que omes son aquellos a quien predicar, e la manera de las palabras que les dizen.

Parar deuen mientes los Perlados que quieren predicar, que omes son (1) aquellos a quien quieren predicar, si son sabidores, o otros omes que non entienden tanto: ca si sabidores e entendidos fueren, pueden predicar de las mayores cosas, e de las mas fuertes de la Fe, e de las Escripturas; e si fueren otros que non ouieren tan grand entendimiento, deuenles dezir pocas palabras, e llanas, que entiendan ligeramante, e de que se puedan aprovechar. E esto dio a entender nuestro Señor Jesu Christo, quando predicaua a los pueblos en los logares llanos, e a los Apostoles en los montes, e en las sierras altas (2). E por esto dixo Sant Pablo (3): Entre los sabios deuenos fablar las cosas del saber, e a los otros deuenos dar leche, e non manjar fuerte. E el Predicador deue aun catar la manera de las palabras del predicar. E en esta razon fablo Sant Gregorio (4) a los Perlados, e dixo, que se deuen mucho guardar que non digan en sus sermones palabras desaguizadas; e aun mas deuen fazer, que aquellas que fueren derechas e buenas, que las non digan muchas vezes, nin desordenadamente, comenzando una razon, e passandose otra, ante que aquella acaben. Ca las palabras pierden a las vezes su fuerza, quando los que las oyen, entienden que non son dichas con recabdo. Otrosi, el que predicare, non deue fazer entender la Grammatica al pueblo, como en manera de mostrargela. Nin deue otrosi, quando ser-

monare, contar ninguna de las fablillas (5) que han los libros de la Grammatica, que fizieron los Gentiles, nin otras cosas semejantes destas, en que alaban su creencia dellos. Ca non es razon que en los sermones que fizieren, que alaben su creencia dellos, nin de las otras gentes, con la de nuestro Señor Jesu Christo. E estas cosas vedo Santa Iglesia; porque algunos tiempos fueron en que las fazian, e venia ende daño.

LEX XLIV.—Consideret prædicator quibus loquitur; si litteratis, tractare potest de majoribus et subtilioribus fidei, et sacrarum Scripturarum. Si aliis, proferat verba plana et intelligibilia, non superflua et inutilia; sed neque recta verba proferat inornatè, quia dictorum virtus perditur, cum apud corda audientium loquacitate levigatur. Neque doceat populum Grammaticam, neque gentiliam fabulas. Hoc dicit.

- (1) Que omes son. Adde cap. sit rector, 45. dist. et 8. quæst. 1. cap. oportet; et prædicatur debet considerare audientium personas, ne prius irrideatur, quam audiatur: Sanctus Ambrosius super Lucam, lib. 6. et cap. fin. et vide Greg. 17. Moral. cap. 12. et 15. et lib. 20. cap. 1. in fine.
- (2) En las sierras altas. Vide Matth. cap. 5. v. 1. et tradit hoc Archidia. 45. dist. summa.
- (3) Dixo Sant Pablo. 1. ad Corinth. cap. 2. et 5. vide et 53. quæst. 3. cap. quod scripsi, vide cap. sit rector, vers. providendum, 45. dist. et §. qualiter, et 49. dist. cap. ult. in princ.
- (4) Sant Gregorio. In pastoralis, de quo in cap. sit rector, 45. dist.
- (5) Fablillas. Adde cap. cum multa, 86. dist.

LEY XLV.—Que el Perlado non deue dexar de predicar, por pesar, nin por mal que le fagan.

Pesares, nin sosaños, maguer los reciban de los omes los Perlados, o los otros que han de predicar, non deuen (1) dexar por esso de lo fazer. Ca dize (2) en el Euangelio: Bienaventurados seran los que fueren perseguidos por la justicia, ca dellos es el Reyno de los Cielos. E esto que dize, que non se deue dexar de les predicar, se entiende, porque non puede ser que aquellos a quien predicar non sean todos buenos, o mezclados de buenos e malos, o todos malos: e si fueren todos buenos, tiene mayor pro la predicacion, porque mas ayna obra en ellos, e los confirma en su bondad: e si son bueltos de vnos e de otros, en los buenos obra esto que diximos, e a los que lo non son, dales carrera para conocerse: e si son malos, e touiere fuzia que se emendaran, non deue dexar por esso de les predicar. E sobre tal razon como esta, dixo Sant Pablo (3), aconsejando e mostrando a los que han de predicar: Ruega, reprehende, maltrae, e afina en toda sazón. Ca rogarles deue, que fagan bien, e reprehenderlos (4) del mal que fizieren, e maltraerlos deue por fechos muy desaguiados: e deuen a todas estas cosas afinar, non cantando tiempo, nin sazón. Mas si todos son ende errados en sus maldades; de manera que non aya esperança, que se quieran enmendar, non deue en ellos perder la palabra (5) de Dios. Lo vno, porque non la quieren entender, de manera que les touiese pro: e lo al, porque farian escarnio dellos. E por ende el que predica, deue callar estonce, e dexarse de lo fazer, aniendo muy grand pesar en su corazon, e dezir, como dixo Jeremias (6) el Profeta: Solo seya, e era lleno de amargura. E deue el Predicador avn fazer otra cosa: dexar aquel lugar, e passarse a otro (7), do pueda algun bien fazer, fasta que

aquellos se quieran enmendar. E por esso dixo (8) el Rey David en el Psalterio: Alongueme de los malos, e fuy morar solo en el yermo. Otrosi dixo nuestro Señor (9) Jesu Christo: Si vos persiguieren en una Ciudad, fuyd a otra. Ca asi lo fizo el quando los Judios lo quisieron apedrear, que salio del Templo, e escondiose.

LEX XLV.—Propter convitia prælati illata, aut propter auditorum displicentiam, non dimittat bonis et malis prædicare. Cum pertinacibus tamen in iniquitatibus suis, de quibus non est spes emendationis, non perdat verbum Dei, sed transeat ad alia loca. Hoc dicit.

- (1) Non deuen. Cap. scimus autem, 43. dist.
- (2) Dize. Vide Matth. cap. 5. v. 10. et Luc. cap. 6. v. 22.
- (3) Dixo Sant Pablo. 2. ad Timoth. cap. 4. v. 2.
- (4) Reprehenderlos. Turba iniquorum generali objurgatione ferienda est in populis, maxime si occasione ad oportunitatem præberit aliquod flagellum Domini, cap. non potest, 25. quæst. 4. et qualiter se debent habere prædicatores cum reprehendunt vitia, videas beatum Gregor. 24. lib. Moral. cap. 22. et cap. 24. et 15. lib. cap. 3. et 4. ubi inter cætera alia dicit, quod magna arte prædicationis agendum est, ut qui ex aperta correptione deteriores fiunt, quodam temperamento correccionis ad salutem reddant, et quando potentes et protervi aliis cognoscentibus peccant, aliis cognoscentibus reprehendendi sunt, ne si prædicator tacet, culpam approbasse videatur, atque hæc crescens in exemplum veniat, quam pastoralis lingua non secatur.
- (5) Perder la palabra. Adde cap. in mandatis, 45. dist. et Actuum Apost. cap. 15. habetur: «Vobis oportebat primum loqui verbum Dei, sed quoniam repellitis illud, et indignos vos iudicatis æternæ vitæ, ecce convertimur ad gentes»: vide tamen quod habetur infra eod. l. 47. in fine.
- (6) Jeremias. Vide Hierem. cap. 11.
- (7) A otro. Prædicatores debent querere loca fructificationis, non suæ recreationis: vide Ludov. Cartus. parte 1. cap. 17. col. 2.
- (8) Dize. Psalm. 54. v. 8. ibi: «ecce elongavi fugiens, et mansi in solitudine».
- (9) Dixo nuestro Señor. Matth. cap. 10. v. 23.

LEY XLVI.—Que dize, que los Perlados non deuen predicar las bondades de la Fe a los herejes; nin a los omes desentendidos.

Poridades ha en la Fe de los Christianos, que non las denen los Perlados demostrar a los herejes (1), como quien que les denen de predicar; fueras ende si entendiesen en ellos señales, que se quieren convertir por ellas del yerro en que estauan: e avn estonce non gelas deuen enseñar, si non con grand cordura. Ca segund dize (2) el Euangelio: Non han de poner las piedras preciosas ante los puercos: quiere tanto dezir como las poridades de nuestra Fe non deuen ser enseñadas a los herejes, nin a los omes desentendidos, porque estan mas aparejados para reprehenderlas, que para creerlas. Pero si tanto fizieren, que ayan de venir a disputacion con ellos, deuenles mostrar el yerro en que estan, reprehendiendolos mesuradamente, cambiando las razones, diziendoles otras palabras, porque los saquen de aquella materia: de guisa que non entiendan con ellos sobre las poridades de nuestra Santa Fe Catholica. Ca non responder (3) alguna cosa a lo que dicesen los herejes, semejaría, que por non aver razones, con que se amparar, que lo dejauan de fazer. E por aventura los Christianos otros que y estoviesesen, dubdarian por ende, non entendiendo la razon porque lo fazian. E por esso non deuen disputar con ellos concejaramente delante el pueblo. Ca podria ser, que caerian